



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

6 Non est ecclesiae rerum dominus, sed tantum administrator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

capit. 11. de reformat. sess. 22. ibi bona, census & jura, qui enim habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur, l. qui actionem. ff. de regul. jur. & Tiraquell. in tractat. de retract. convent. §. 1. gloss. 1. numer. 48.

4 Idèd † dominium bonorum ecclesiæ, testamento, legato, aut donatione, seu venditione relictorum, & concessorum acquiritur, & transfertur sine traditione, Bart. in l. fin. num. 18. & ibi Bald. numer. 3. Jaf. num. 4. & 5. Paul. de Castr. num. 4. C. Sacrosan. Eccl. & Alexand. in l. 1. §. per Procuratorem, nu. 12. ff. de acquirend. possess. Idèd rector ecclesiæ propria auctoritate huic dominio ecclesiæ acquisito minimè renuciare potest, Alexand. dict. n. 2. & 3. & hanc esse communem opinionem testatur Apostill. ad Roman. cons. 384 quem sequitur Cardinalis Tuschus pract. conclus. 6273. nu. 60.

5 Unde ex his inferitur, † quòd legibus civilibus prohiberi minimè potest, ut bona ecclesiastica in emphiteusim laicis concessa, quavis occasione, vel causa ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas devolvantur, quia † si rector ecclesiæ dispondere non potest de bonis ecclesiasticis, nec de illis quidem transigere, sive consensu Pontificis, ut per Nat. Borg. & alios supra citatos ex eo nempè, quia is non probetur verus bonorum Ecclesiasticorum dominus, cum in illis habeat tantum gubernium, & administrationem, c. expedit, c. videntes, c. precipimus, 12. quest. 1. cap. quisquis Episcopus, eodem 12. quest. 2. Ancharan. cons. 1. 16. secundum ordinem, num. 3. Innoc. in cap. cum super, numer. 3. & 4. de cau. poss. & propr. Abb. in repet. cap. cum esset numer. 23. de testam. Dec. in cap. constitutus, 9

num. 25 & 26. de rescript. Navar. in tractat. de redd. cul. monit. 40. numer. 1. & Card. Tusc. pract. conclus. tom. 1. concl. 111. nu. 20 & 3. † Multò minus, Principes seculares dominium directum ecclesiæ, & jus devolutionis, quod pluribus de causis ecclesiis competit, suis legibus, decretis aut statutis restringere possunt, cum in eisdem bonis ecclesiasticis nullam omninò jurisdictionem habeant, nec guberniura, neque administrationem, ut pluribus supra probatur. Et hæc conclusio fuit expressè firmata à sacr. concil. Trident. in 20. c. 11. de refor. sess. 22. & eorum, & infra extra de decim. ubi etiam Abb. num. 2.

8 Præterea, † si principi seculari liceret statuere, ne ecclesia possit prætere prætensionem, devolutionem, aut consolidationem decreti dominij, etiam ex defectu lineæ investitorum, neque ex quacunque alia causa, sequeretur, quòd Princeps posset tollere contractus, conventiones, & pacta, quæ sunt de jure gentium, inter quæ est contractus juris gentium annuatus, Staphil: Forcat. Hecyon. jur. dialog. 74. numer. 2. Id enim est absurdum, nam Deus legis Civilis tantum ministerium in laicos exercendum subjecit Principibus, non autem illis subjecit jus gentium, ut post Rolan. à Vall. in cons. 9. numer. 4. & seq. & cons. 25. numer. 40. lib. 3. quem citat. tenet Card. Tusc. pract. conclus. tom. 4. sub rubr. jus gentium, conclus. 191. numer. 1. & tom. 5. conclus. 342. sub rubr. libertas ecclesiastica, numer. 125. & const. Principis, contra jus naturale, vel gentium nihil valet, §. sed naturalia inst. de iur. nat. gen. & Civ. & Boss. in tit. de princip & priv. num. 102.

Nam licet † de plenitudine potestatis possit